



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

64. Pamphilvs vorando & potando absque peccato mortali procurat vomitum, vt iterum comedere & bibere possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

cem, si nec aliter peccatum suum explicare, nec alium Confessarium habere potuerit. Ita Card. de Lugo *de Pœnit. D. 16. num. 394. Dicastillo de Pœnit. D. 9. n. 893. & plurimi apud hos relati. Quia causa, cur Trident. sess. 14. c. 5. præceptam dixerit confessionem integrâ, ut scilicet Sacerdos possit prudenter iudicare, punire, curare &c. hæc inquam, causa probat etiam declaranda esse peccata cum notitiâ complicitis. Resp. III. Probabile esse, Orentium propter solam consolationem animi, & bonum spirituale ex integrâ confessione apud talem Confessarium factâ potuisse huic confiteri, etiam si aliû habere potuisset, Ita Tamburinus *de exped. conf. L. 2. c. 9. §. 2.* quem citat & sequi videtur Busenbaum *L. 6. Tr. 4. c. 1. d. 3. art. 2. in fine.* Ratio est, tum quia complex non censetur rationabiliter inuitus, si reueletur intam secreto foro idè, ut seruetur præceptum Christi, & percipiantur solidi fructus spirituales ex integritate confessionis. Tum quia praxis piorum ac doctorum Confessorum hoc docet, dum non reprehendunt pœnitentes, si ex tali causa complicitis mentionem faciant. Tum quia ex mente Fagund. *in præcept. 2. Eccl. L. 5. c. 1. n. 3.* intali casu non est præceptum, sed consilium tantûm, ut pœnitens alium Confessarium quærat. *Atque ex his patet ad rationem in contrarium.**

LXIV. Pamphilus saepe cibo & potu implet se

se vsque ad vomitum, & hunc ideo subinde procurat, vt iteratò comedere & bibere possit. Queritur. Vtrum peccet mortaliter?

Videtur ita peccare Angelo, Sa, Escobar Tr. 2. Ex 2. num. 23 & alijs, quia contra naturam magna in eo deformitas apparet.

Respond. Non peccare Pamphilum mortaliter, secluso scandalo & alijs. Ita Navarr, Tolet. Henriq. in compend. Casuum moral. c. 19. n. 9. Dian. P. 5. Tr. 13. Res. 4. & alij. Ratio est, quia non est tanta inordinatio contra naturam, vt sibi imaginantur adversarij: nec per se inde graue corpori incommodum infertur, vnde etiam Layman L. 3. §. 4. n. 2. non audet hoc peccati mortalis damnare. Atque ex his patet ad rationem in contrarium.

LXV. *Parmenas ex legitimâ causâ petit & impetrat dispensationem comedendi carnes diebus ieiunij, quâ ille facultate ita vtitur, vt bis per diem yldem carnibus vescatur. Queritur. An licitè?*

Videtur non licitè id facere. Ita Ioan. Medina Cod. 4. de ieiun. q. 5. & 9. & alij. Tum quia præceptum continet plures partes, ergo deobligatus ab vnâ, non censetur ab alijs liber. Confirm. Solutus à lege binam refectio- nem die ieiunij prohibente, non eo ipso liber est à lege abstinendi à carnibus. Ergo nec solutus à lege carni- um vsum prohibente hoc ipso